Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

Ego dominus deus tuus. Non facies furtum. Non menticemini. nec decipiet unusquisque proximum suum. Non perjurabis in nomine meo. nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumpniam proximo tuo. nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui. apud te usque mane. Non maledices surdo. nec coram ceco pones offendiculum. sed timebis dominum deum tuum. qa ego sum dominus deus tuus. Non facies qd iniquum est. nec in iuste iudicabis. Non considerabis personam pauperis. nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator. et susurro in plebe. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non odies fratrem tuum in corde tuo. sed publice argue eum. ne habeas sup illo peccatum. Non quires vindictam. nec memor eris iniuriarum civium tuorum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego eum sum dominus deus vester. Gr. Ad te domine levavi animam meam quia suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. V. Domine deus salutis meae clamavi ad te et sanasti me domine. Domine eduxisti animam meam a inferno salvasti me a descendentibus in lacum. Alle. Factum est in illo tempore. Et ambulabat ihs in templo. in porticu salomonis. Circumdederunt ergo eum iudei. et dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es xps. dic nobis palam. Respondit ihs. Loquor vobis. et non credistis. Opera